

Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 09 : De Lycaone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[135\] : De Lycaone](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 09 : De Lycaone](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 10 : De Lycaon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 09 : De Lycaon](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - IX, 09 : De Lycaone, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 13/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6055>

Copier

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 992-995

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Lycaon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

uias condensantur, in circulumque vertuntur in elementa, de quibus ita ait Lucr. lib. 5.

*Et primum faciunt ignem se vertere in auras
Aeris, hinc imbrem gignit, terramque creant
Ex imbre, rursumque a terra cuncta reuertit:*

Humorem primum, mox aera, deinde calorem.

Ac de Cyclopibus satis, nunc de Lycaone dicamus.

De Lycaone.

CAP. IX.

NEQVE verò Lycaon satis commodum pro sua crudelitate vitæ suæ finem consecutus fuit. quem tradiderunt fabulæ pro sua feritate ex humana forma in beluam omnium propè ferarum crudelissimam Deorum immortalium ira versum fuisse. Lycaon fuit eius Pelasgi filius, qui natus est è Ioue ac Niobe, & regnavit in Arcadia: qui cum primum regnare cepisset, rudes adhuc homines tuguria ad arcendas frigoris & æstus & imbrium & ventorum iniurias adificare docuit: tunicasque facere instituit è corijs suillis. Deinde à frondium & herbarum & radicum usu, quibus vel incautè perniciosi aliquando vefcebantur pro cibarijs, ad salubriores glandes, & ad eas præcipuè quæ de sagis legerentur, diuertit: quare illud dictum est de Arcadibus ab oraculo:

πολλοὶ δὲ ἄγροδὶν ἠαυτὰν φάγαι διδρῶνται.

Plurimi in Arcadia vefcentes glande feroces

Mortales habitant.

Lycaonis mater fuisse dicitur Melibœa Oceani filia, ut putavit Hesioidus, vel, ut alijs magis placuit, Cyllene nymphea, ut scripsit Apollodorus libro tertio. Fertur Lycaon eodem tempore impetasse Arcadibus, quo Cecrops Atheniensibus: quem Iupiter in lupum vertisse dicitur, quoniam ad aram Iouis Lycæi infante mactaro humanum sanguinem libauerit. Aiunt inter ipsa sacra, antequam ab ara discederetur, illum in lupum fuisse mutatum, sicuti ait in Arcadicis Pausanias. hic in Lycæo monte Lycosuram urbem condidit, & templum in ea, quod Iouis Lycæi appellauit, & ludos in eius honorem instituit, quæ vocata sunt Lupercalia. Neque verò solus Lycaon dictus est in illis sacrificijs in lupum fuisse conuersus, sed etiam alij complures ex omnibus temporibus sequentibus: qui non tamen in omni tempore

tempus erant mutati, sed decimo tandem anno, nisi interim humanam carnem gustassent, pristinam formam recuperabant. Neque sanè mirum est hæc memorie prodita fuisse ab antiquis, cum prisci illi homines Deorum hospites & conuiuae pro iustitiæ pietatisq; meritis effici dicerentur, quare viris bonis & piis certissima præmia, sceleratis & fontibus ingentia supplicia ex ira Deorum proponebantur. Sed antequam in lupum verteretur ex vxore Atlantis filia, & ex aliis nonnullis multos filios suscepit. quorum hæc sunt nomina: Acacus, Acontes, Ægeon, Æmon, Aliphenus Ancyor, Archebates, Bucolion, Canethus, Cartero, Caucon, Cletor, Corethon, Cynethus, Eleatas, Euæmon, Eumetes, Eumon, Genetor, Harmon, Harpaleus, Harpalycus, Helisson, Helix, Heræus, Horus, Leon, Linus, Lycus, Macareus, Macednas, Macedon, Manalus, Mantinus, Mecistus, Nyctimus, Opleus, Orchomenus, Pallas, Peuce-tius, Phallus, Phineus, Phthimus, Phthius, Physius, Plato, Polichus, Porthæus, Prothous, Socleus, Stymphelus, Tegeus, Thno-cus, Titanas, Trapezeus. Nam cum Apollodorus quinquaginta fuisse inquit, ego tamen multo plures fuisse apud varios scriptores inuenio: quippe cum Callisto etiam, de qua & Ioue natus est Arcas, quem tamen quidam Apollinis filium fuisse malunt: & Dia, de qua & Apolline natus est Dryops, filia fuisse Lycaonis memorantur. Hecateus Milesius libro secundo Genealogiarum longè aliam tradidit rationem cur Lycaon & eius filij fuerint in lupos conuersi, quam explicauit postea Ouidius: sic enim inquit: πλάσγος ὡ πάτερ διὸς καὶ Νέβης· εἰ πάτερ ὡ Λυκάων· ἡκ Μελιβοίης κόρης, εἴ τινι Κυλλήνης, ὡς φασιν. οὗτος ἐπεί τε βασιλὺς τῆν Ἀργείων κατακτείνε, κατὰ χρησμοῖ τινα ἡκ πομπῶν γαίμων πομπὰς παῖδας λαβὼν, αὐτὸς ὡν ἀσπίδης, ἀσπίδης καὶ τοὺς παῖδας πρὸς ἱλαρὸν ὦν μαίναλος, θιασώτης, σὺν Νυκτίμαρ καὶ Καύκων, Λύκος, Φθίος τε, καὶ Τηλεβοῖας, Αἰμῶν, Μαντίνους, Στύμφηλοι, Κλέτωρ, Ὀρχομενός τε, καὶ ἄλλαι, εἰ πάντες ἀσπίδης καὶ ὑπερηφανία ἰσίκων. ὁ δὲ τῶν χρηστήτη ἱεροδῶς παραγίνεται αὐτοῖς· ἐν αὐτοῖς καλέσαντες ἐπὶ ξύνα, ἵνα τῶν ὑπερηφάνων παιδῶν σφάτθονσι καὶ τὰ σπλάγχνα συμμίσθοντες, παρίθοντο τῇ τραπέζῃ. ταῦτο δὲ τῶν ἱερῶν, καὶ μυσχεῖς, πῶ μὲν τραπέζαν ἀνέτρεψεν· ὅσοι ἱεῖρες ὁ τόπος Τραπεζῆς· ἡ Ἀργεία, καὶ Τραπεζοῦς ἡ πόλις καλεῖται. τῶν δὲ Λυκάωνος παίδων, ὡς ἀσπίδης ἀντων εἰς ξύνει, μετ' αὐτοῦ Λυκάωνος, τοὺς μὲν εἰδ

Rc

dixerunt in res. la. mōs. dī. i. x. p. i. m. o. r. Pelasgus fuit Iouis & Ni-
 bes filius, qui filium Lycaonem ē Melibea suscepit, Vel, &
 alij putarunt, ē Cyllene. Hic postea cū Arcadium imperi-
 um adeptus esset ex quodam oraculo responso, multosque fi-
 lios ē Varin nuptis suscepisset, cū esset ipse impius, impiis
 quoque filios habuit: inter quos fuit Manalius Thesperi-
 que cum Nyctimo & Cancone, Lycus, Menius, Macareus,
 qui Macareas Arcadia urbem condidit, Manalius, qui no-
 men dedit civitati Arcadia, Melanani, qui Melanani oppi-
 dum condidit non procul à Megalopoli, Acontius, qui Acon-
 tium oppidū Arcadia de se nominavit, Charisius, qui Cha-
 rissus, Cynethus, qui Cynetha nomē dedit, & Psophus, Phebi-
 nus, Teleboas, AEmon, Mantimius, Symphelus, Cletor, Or-
 chomenus, & alij. Omnium igitur horum admirabilis erat
 improbitas, & temeritas: siquidem Vel Iouis in pauperum
 operarium Verso, quem ipsi in hospitium inuitaverant, de-
 cunctur unum ex infantibus indigeni iugulasse, & eum in-
 restina Iouis cum aliis commissa epulanda in mensa appo-
 suisse. Id scelus abominatus Iupiter mensam quidem sub-
 vertit, unde locus ille in Arcadia vocatus est Mensarius,
 & Mensaria civitas extructa postea: at ē Lycaonis filius Vnd
 cum ipso Lycaone, quoniam impiē in hospitem egressent, hor
 quidem fecit lupos, illos percussit fulmine. Sic etiam Cali-
 sto Lycaonis filia in vrsam conuersa est, quia cū venaretur
 cum Diana, à Ioue fuit compressa, ne dignosceretur, de qua
 natus est Arcas. Alij putarunt illum quem ferebat in utero,
 Mercurio datum esse seruandum, ac matrem ad sempiternam
 memoriam in Iunonis contemptum in vrsam maiorem con-
 uersam nitere inter sidera, quam obtinuit tantū Iuno non
 posse in vndas descendere à Neptuno fratre. Fabulantur etiam
 Arcadem cū adoleuisset, acceptum frumentum à Triptole-
 mo suis populis tradidisse, panem facere docuisse, & quod ab
 Adrasta præterea didicerat demonstrasse, vestium texturam
 nimirum ac totum lanificium, sicut Pelasgus ubi regnare cœ-
 pisset, rudes homines docuit tuguria ædificare ad frigus, æ-
 stum, imbresque arcendos, & facere tunicas ē coriis suillis, &
 velsi glandibus, cū prius quibusvis herbis vel perniciosis in-
 cautius vlescerentur: atque ab hoc Arcades, ab illo Pelasgi po-
 puli sunt vocati. Atque tantæ fuit reuerentiæ apud mortales
 Arcas,

Arceas, ut cum in Mænalo monte fuisset sepultus, eius ossa iussa sint ex oraculo Delphici Apollinis deportari in Arcadiam, ut ait Pausanias in rebus Arcadum. Id cum scribat Pausan in Arcadicis, miratus sum cur dicat unicam tantum filiam fuisse Lycaoni inter tot mares, quam etiam inquit in gratiam Iunonis fuisse sagittis transfixam: cum Dia etiam Dryopis mater filia eius fuerit, ut scripsit Hecateus.

¶ At cur hæc ficta sunt, & memorizæ prodita, ut ad posteros pervenirent? quia per illa quæ de hominibus fingebantur, significare nobis volebant, quo pacto vel motus animorum essent refrænandi, vel ad humanitatem, & beneficentiam, & Deorum cultum hortabantur: & omnino per fabulas de hominib. confictas vitam humanam optimis moribus instituere conabantur. Sic igitur per Lycaonis fabulam, cum vel Deos ipsos in hospitium mortaliū aliquando accedere sumpta pauperum figura dicerent, humanitate adversus omnes hospites uti oportere significabant. quod si quis patui Deorum præsentiam facere videretur, neque moveretur eorum reuerentia, quia Deos nemini infensos esse crederet, hunc ingentibus præmiis & pollicitationibus ad probitatem adhortabantur, cum multa præmia honorifica data sint à Diis, humanis & benignis hospitibus: quale fuit munus Triptolemi. At contra per multa sunt exempla, quæ à crudelitate & perfidia in hospites deterrebant, quod accidit convivio Pelopis, & illis qui gravissimè ob suam crudelitatem ab Hercule & ab aliis Deorum filiis sunt oppressi. Quis enim cum videat ex altera parte ingentia supplicia fontibus à Diis irrogari, ex altera laudes & gloriam, & honorifica præmia viris bonis esse proposita: supplicia potius elegerit, & se sanè mentis esse fateri audeat? At de Lycaone satis, nunc de Pandione dicamus.

De Pandione. CAP. X.

FUIT Pandion illius Erichthonij, qui pulso Amphictyone de regno Athenis imperavit, & Palithææ Naidis Nymphæ filius, ut scripsit Apollodorus libro tertio Bibliothecæ. Hic mortuo patre Erichthonio in regnum successit, quo tempore Ceres & liber pater in Atticam venerunt. Fertur vir bonus fuisse Pandion, sed vna in re parum fortunatus, quod filiam Prognen (nam illam, & Philomelam, & geminos Erechtheum ac